

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 108. Connubia Catharinæ de Francia cum Carolesii Comite.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Abrincis infausto Marte pugnabant; <sup>sæcul.</sup> XV.  
Talbotus enim Bellidux eundem Conne- <sup>A.C. 1439.</sup>  
stabilem, qui dictam urbem circumse-  
rat, obsidionem solvere compulit, omnibus  
impedimentis, totoque belli apparatu in  
Victoris arbitrio relictis. Funestus hic  
solutæ oppugnationis nuncius non mo-  
dice Regis, qui tum Andegavi agebat,  
animum afflxit, dolorem tamen nonni-  
hil lenivit oppidi Sansusanæ expugnatio;  
locus enim erat, cuius possessio, quanto  
hostibus opportunior, tanto magis Ande-  
gavenfi, & Cenomanensi agro erat infesta.

### §. CVIII.

#### *Connubia Catharinæ de Francia cum Carolesii Comite.*

Nihil magis tamen Regis animum ere-  
xit, quam amicitia Burgundiæ Du-  
cis, qui inviolabili fide sese Carolo VII de-  
vovit. Hæc animorum conjunctio longe  
magis adhuc firmata fuit conjugali vin-  
culo, quod inter Catharinam de Francia,  
& Carolum Carolesii Comitem, Ducis  
Burgundi Filium natu majorem contra-  
ctum est. Ducebatur Sponsa hoc an-  
no insigni prorsus pompa in Belgium, ac  
Burgundiæ Duci futuro Socero tradeba-  
tur, qui eam Audomaropoli omnibus ho-  
norum signis. quæ præclaro ejus generi  
debebantur, exceptit. Necdum illa deci-

N n 5

monum

**S**ecul. XV. mum ætatis suæ annum expleverat, &  
A.C. 1439. Carolesii Comes nonnisi septimum num-  
rabat.

### §. CIX.

*Christophorus Bavarus, depulso Eri-  
rico, Daniæ Rex electus.*

**H**oc itidem anno in locum Erici e regno  
pulsi, Dani Christophorum Bavariae  
Ducem Regis Nepotem ad sceptrum Da-  
niæ, Sueciæ, ac Norvegiæ vocarunt,  
quem primo solius Daniæ Regem salu-  
tarunt, postea vero etiam post aliquas  
moras, difficultatesque, ut eundem pa-  
riter Regem suum nuncuparent, Sueciæ  
persuaserunt: licet alioquin longe magis in  
Carolum Finlandum, qui ex antiquis  
Gothorum Regibus ortum ducebat, &  
Regni gubernator ab ipsis constitutus  
erat, propenderent. Itaque unus idem-  
que obtinebat trium simul Regnum,  
Daniæ, Sueciæ & Norvegiæ coronas, si-  
cut olim constitutum a Margarita Regina  
fuerat. Incurrit tamen Princeps hic po-  
puli sui offendam, cum Regni præfecturas  
plerumque nonnisi popularibus suis con-  
crederet. Sueci etiam illum vitæ non-  
nihil solutæ ac pravis cupiditatibus dedi-  
tum suggillant, accusantque, quod impu-  
ne permiserit, Ericum nuperum eorum  
Regem e Gothlandia, ubi adhuc degebat,  
latrociniis, & prædationibus Sueciæ  
deva-